



# BOLETÍN DEL CLERO DEL OBISPADO DE LEÓN

## OBISPADO DE LEÓN.

Al acercarse el mes de Mayo, no podemos menos de recordar á nuestros celosos cooperadores en el ministerio, las circulares que para la celebración de *las Flores* se han publicado en BOLETINES de años anteriores, y señaladamente la del número 16 del BoLETÍN del año 1892, esperando confiadamente que, como siempre, llenarán nuestros deseos, para honrar á la Santísima Virgen María.

León, 17 de Abril de 1894.

† FRANCISCO, OBISPO DE LEÓN.

## SECRETARÍA DE CÁMARA Y GOBIERNO DEL OBISPADO.

S. E. Ilma., á quien correspondía la presentación de los Curatos de Fogedo del Páramo y Campillo y Quintanilla, según sentencia del Tribunal Eclesiástico. se ha dignado nombrar para el primero á D. Martín Martínez Molerio, Ecónomo del mismo, y á D. Luciano Fernández Rascón, Ecónomo también, para el segundo.

Lo que por disposición de S. E. Ilma. se anuncia para conocimiento de los interesados á fin de que se presenten por sí ó por medio de apoderado, á practicar las diligencias necesarias hasta la toma de posesión de los curatos para que han sido nombrados.

León, 17 de Abril de 1894.—Dr. José Fernández Ben-dicho, Arcipreste Secretario

## BREVE SOBRE CANÓNIGOS HONORARIOS

LEO PP. XIII

AD PERPETVAM REI MEMORIAM

Illud est proprium humanarum institutionum et legum, ut nihil in eis sit tam bonum atque utile, quod vel consuetudo non mutet, vel tempora non invertant, vel mores non corrumpant. Sic in militanti Ecclesia Dei, in qua cum absoluta ac perpetua immutabilitate doctrinae varietas disciplinae coniungitur, non raro evenit ut, quae olim iure meritoque in honore et in pretio habebantur, aliquando obsolescant, et quae bona in instituto erant, ea labens aetas faciat deteriora. Sub prima Ecclesiae exordia, cum sensus Christi in hominum mente arctius insidebat, Episcopos, quibus summa rerum gerendarum commissa erat, delectos Sacerdotes sibi socios addidisse memoriae traditum est, quorum consilio et ministerio in gravioribus Ecclesiae negotiis uterentur. Hi Sacerdotes, Assessores et quasi Episcopi Senatus, Canonici dicti sunt, ex eo quia in observandis regulis Ecclesiasticis cautores et diligentiores erant ceteris, et eam vitam vivebant, ut mensuram nominis implerent. Quamobrem pro certo habendum est ad conservandam Ecclesiasticam disciplinam, Canonicorum dignitates ab initio fuisse constitutas ita, ut qui eas obtineret, id haberet oneris, ut opera et officiis adinvaret Episcopum, et in iis quae pertinent ad cultum et ad mores, sese tamquam exemplar clericis inferioribus impertiret. At temporibus nostris nonnulli sunt, qui pristinae institutionis immemores, Canonicorum collegia tamquam honoratorum ordines esse autu- mant, in quibus nullum onus, sed dignitatis tantum et honoris tituli inhaereant. Ex quo fit ut, cum humanum sit onus defugere, honores et dignitates appetere, non parvus sit numerus eorum, qui studeant, saltem honoris causa, inter Canonicos cooptari. Multae quidem ac plenae querelarum datae sunt ad nos litterae ab Episcopis, qui aegre ferunt honoribus et dignitatibus inhiare eos, qui sacerdotio aucti, deberent «aemulari charismata meliora, terrena despicere, et nonnisi in Cruce Domini Nostri Iesu Christi gloriari». Sacerdotes autem hu-

iusmodi, plerique iuniores, qui parum vel nihil in Ecclesiae bonum contulerunt, tamquam tirones gloriosi veteranorum insignia atque ornamenta virtutis praemia appetentes, externos circumeunt Antistites, ut ab iis honoris insignia titulosque, a suis negatos, extorqueant. Nos, qui dignitatis insignibus eos potissimum honestandos censuimus Sacrorum ministros, qui pietatis et doctrinae laudibus ceteros antecellunt, deque re christiana egregie sunt meriti, hanc super rem admonitiones Apostolicas atque instructiones, nominatin die decimo sexto mensis Septembris anno MDCCCLXXXIV per Sacram Congregationem Tridentini Concilii interpretem ac vindicem dedimus. Quum vero hisce diebus complures Sacrorum Antistites gravius conquesti sint eiusmodi honores, qui merentibus praemio, ceteris incitamento virtutis esse debent, non raro ipsis Ordinariis insciis, atque interdum haud dignioribus conferri; Nos, quo in posterum quilibet in tali re abusus auferatur, rogata Sacrorum Rituum Congregationis sententia, suprema Auctoritate Nostra statuimus, decrevimus: I. Episcopus, seu Ordinarius, ecclesiasticum quempiam virum alienae dioeceseos Canonicum ad honorem nominaturus, praeter Capituli sui consensum, Ordinarii, cui nominandus subiicitur, notitiam et votum obtineat, eundemque Ordinarium insignia edoceat ac privilegia, quorum usus nominando tribueretur. II. Canonici ad honorem extra dioecesim in qua nominati sunt, degentes, numero sint tertia parte minores cunctis Canonicis a Pontificiis Constitutionibus respectivae Basilicae, sive Ecclesia Metropolitanae, aut Cathedrali, vel Colegiatae adsignatis. III. Canonici ad honorem alicuius minoris Basilicae, vel Ecclesiae Collegiatae almae Urbis nominati, privilegiis et insignibus uti possunt tantum intra respectivae Basilicae vel Collegiatae, eiusque Filialium Ecclesiarum ambitum, ubi Canonici de numero iisden fruuntur. Qui vero alicuius Metropolitanae, vel Cathedralis, aut Collegiatae Ecclesiae, seu Basilicae minoris extra Urbem Canonici sunt ad honorem, privilegiis et insignibus tantum utantur in Dioecesi ubi nominati sunt, nullo modo extra illius territorium. IV. Haec omnia serventur quoque a Canonicis ad honorem usque ad hanc diem nominatis. Ita volumus, edi-

cimus, decernentes has litteras Nostras firmas sartaque, uti sunt, ita in posterum permanere, irritum vero et inane futurum decernentes si quid super his a quoquam contigerit attentari: non obstantibus Nostris et Cancellariae Apostolicae regulis de iure quaesito non tollendo, et quibusvis specialibus vel generalibus Apostolicis Constitutionibus ac Privilegiis, gratiis et indultiis, etiam confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, et Litteris Apostolicis sub quibuscumque tenoribus ac formis, et cum quibusvis clausulis et decretis quibusvis Capitulis, Collegiis ac etiam peculiaribus personis quacumque ecclesiastica dignitate pollutibus, quocumque tempore etiam per Nos concessis, nec non quibusvis consuetudinibus, etiam immemorabilibus, latissime et plenissime, ac specialiter et expresse de Apostolicae potestatis plenitudine derogando, ac derogatum esse volumus ceterisque in contrarium quoniodolibet facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXIX Ianuarii MDCCCXCIV pontificatus Nostri Anno Decimosexto.

M. CARD. RAMPOLLA.

---

### SENOGALLIEN

DUBIA QUOAD PARAMENTA INDUENDA IN SOLEMNI BENEDICTIONE POST COMPLETORIUM

---

De mandato sui Rmi. Episcopi, hodiernus Caeremoniarum Magister in Cathedrali Ecclesia Senogallensi, Sacrorum Rituum Congregationi sequentia dubia pro oportuna solutione humillime subiecit, nimirum:

Dub. I. Quotiescumque, expleto Completorio, solemnis benedictio cum SSmo. Eucharistiae Sacramento adstantibus christifidelibus in Ecclesia cathedrali impertitur, sacri Ministri pro Dalmatica et Tunicella supra Albam, possunt ne supra rochettum vel superpelliceum tantum induere Pluviale? Canonicus vero celebrans potestne adhibere tantum Amictum, Estolan et Pluviale, Alba omissa?

Dub. II. In eiusmodi Benedictione quae immediate datur post Completorium, sacri ministri indui ne possunt iisdem cuiusvis coloris paramentis, quibus antea usi sunt ad Vespertas?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem infrascripti Secretarii, re mature perpensa, ita propositis dubiis rescribendum censuit.

Ad I. Sacri Ministri in casu induantur Dalmatica et Tunica, et Sacerdos celebrans Albam deferat sub Pluviali.

Ad II. Utendum paramentis non nisi coloris albi.

Atque ita rescripsit et servarit mandavit die 12 Maii 1893.

—C. CARD. ALOISI-MARSELLA, S. R. C. *Praefectus*.—S. † E.—  
VICENTIUS NUSSI, S. R. C. *Secretarius*.

---

## RESOLUCIONES DE LA SAGRADA CONGREGACIÓN DE LA INQUISICIÓN

---

Specialis examinis obiectum cultus S. Joseph sub titulo Amicus S. Cordis (Amico del S. Cuore) factus est: et Eminenterissime ac Reverendissimi Domini Cardinales in rebus fidei ac morum generales Inquisidores, omnibus mature perpensis circumstantiis maxime in casu occurrentibus, decreverunt cum approbatione Sanctissimi D. N. Leonis PP. XIII, CIRCA REM PROPOSITAM INTERLOQUENDUM NON ESSE.

Insuper praelaudati Emi Patres S. R. Congregationem monendum mandarunt, ne in posterum decreta, rescripta, etc., emanent, in quibus quomodocumque novus titulus, de quo supra, approbetur, aut etiam in quibus de eo simpliciter mentione fiat.

Dubium I. Utrum approbari vel saltem permitti conveniat specialem cultum Vultui adorabili Divini Redemptoris, et ab illo consueto usque adhuc Sancti Vultus imagini tributo, diversus, a Sacerdotibus a Sancto Vultu (Santa Faz) dictis, Turonibus institutis, maximopere propagatum per annales relativae Archisodalitatis?

Dubium II. Utrum ad propagandum stabiliendumve cultum, de quo in altero quaesito, Ecclesiam aut publicum Oratorium dedicari. Sodalitates ac etiam aliquam religiosam Congregacionem vel Institutum sub titulo Sancti Vultus fundari conveniat?

Eminentissimi ac Reverendissimi Domini Cardinales in rebus fidei et morum generales inquisidores, re mature perpensa, respondendum mandarunt:

Ad Dubium I. *Non expedire.*

Ad Dubium II. *Negative; et ad mentem.*

Mens est: Sancta Sedes titulum adoptans *Sanctis Vultus*, tum in BREVI diei 16 Decembris 1884, speciales indulgentias Sodalitati sub tali titulo Turonibus erectae concedente, tum in BREVI diei 30 Martii 1885, Sodalitatem ad Archisodalitatis gradum elevante, favere minime intellexit, multoque minus sive directe, sive indirecte approbationem dare speciali distinctoque cultui, adorabili Vultui Redemptoris, tribuendo, eo modo, quo a Presbyteris a *Vultu Sancto* dictis speciatim proponitur atque propagatur.

Sanctas Sedes unice venerationi favere intellexit iam ab antiquis temporibus erga imaginem Vultus Divini Redemptoris, aut eiusdem imaginis exemplaria habitae; ut in fidelium mentibus, ex veneratione contemplationeque praedictae imaginis passionum Christi magis in dies memoria succrescat, eorumque in cordibus dolor culparum, ardensque desiderium iniuriis Divinae Maiestati illatis reparandi, augeantur.

Sequenti vero feria V, facta de his Sanctissimo D. N. Leoni PP. XIII relatione in audentia R. P. D. Assessori S. Offici impertita, eadem Sanctitas Sua Eminentissimorum Patrum resolutionem approbare dignata est.

---

### Asociación de SUFRAGIOS MUTUOS del Clero de la Diócesis.

---

Han manifestado por medio de los Sres. Arciprestes de Las Matas, Rivesla, Cervera y Villalón, que deseaban pertenecer á la Asociación, é ingresan en ella los Sres. siguientes:

N.<sup>º</sup> 813=Ares, D. Ulpiano, dentro del primer año de su ordenación.

N.<sup>º</sup> 814=Sánchez, D. Valerio, id. id. id.

N.<sup>º</sup> 815=Ibáñez, D. Simeón, id. id. id.

N.<sup>º</sup> 816=Vidanes, D. Mariano, con obligación de aplicar diez misas.

N.<sup>º</sup> 817=Calvo, D. Dictino, dentro del primer año de su ordenación.

León 16 de Abril de 1894.—Dr. José Fernández Bendicho,  
Arcipreste Secretario.

---

Número 7.

El dia 22 del pasado Marzo, falleció el Sr. D. Francisco de la Puerta, cura Párroco de Maraña y Arcipreste del Partido; y habiéndose hecho constar que pertenecía á la Asociacion, y por certificado del Sr. T. Arcipreste que tenía aplicadas las misas, todos los asociados celebrarán por él la de Reglamento.

Número 8.

El día 7 del actual, falleció D. Mateo Bayón, Párroco de San Pedro de Foncollada, y habiéndose hecho constar que pertenecía á la Asociación, y por certificado del Sr. Arcipreste que tenía aplicadas las misas, todos los asociados celebrarán por él la de Reglamento.

*SUSCRIPCIÓN abierta en el Obispado de León para atender á las apremiantes necesidades de la Santa Sede.*

	<i>Rs. Cs.</i>
<i>Suma anterior.....</i>	<i>9147 20</i>
D. Jacinto Barrio.....	2 »
» Javier Alvarez.....	1 »
» Manuel Gutierrez.....	2 »
» Pedro Manso.....	4 »
El Párroco y feligreses de Modino.....	37 »
El Arcipreste y Párroco de Villaturiél.....	20 »
El Párroco de Roderos.....	12 »
El Párroco y algunos feligreses de Villamuriel de Campos, según lista...	86 »
D. Pedro Rodríguez, párroco de Villamuriel de Campos 20. Isabel Pernía, vecina de id. 20. Tomasa Cocho y su hija Rosario Lucio 20. Inocencia Rodríguez 16. Matea Rodríguez 10.	
El Arcipreste y Párroco de Villamuñio.....	20 »
Los feligreses de id.....	14 »
El Párroco de Alegico.....	8 »
D. Bernardo Tegerina.....	8 »
D.º Petra Sánchez.....	4 »
» Vicenta id.....	2 »
D. Alejandro id.....	2 40
» Pedro Rodríguez.....	2 »
» Antonio Tegerina.....	2 »
D.º Antolina García.....	1 »
D. Julián Pérez Solas, Párroco.....	20 »
D.º Regina Rodríguez.....	10 »
El Párroco de Navategera.....	10 »
El Párroco y feligreses de Valle de las Casas, según lista.....	50 40
El Párroco 20. Pedro García Fernández 4. Lucía Teranos 1. Andrés Medina 2. Manuel García Fernández 1. Francisco Medina 2. Tomás García 1. Atanasio Rodríguez 1. Francisco Alvarez 0'60. Patricia García 0,40. Julián Alvarez 2. Domingo García Presa 2. Cayetano Balbuena 0'40. Hermenegildo Rodríguez 1. Eugenio García 2. Modesto Fernández 4. Pascual González 0'60. Otros varios feligreses 5'40.	

*Suma..... 9465 »*

ANUNCIO.

B HERDER,

Librero editor pontificio, Friburgo de Brisgovia,  
(ALEMANIA).

Acaba de dar á luz,

COMENTARIO PRÁCTICO DE HISTORIA SAGRADA

*con una instrucción para la enseñanza de las lecciones de Historia Sagrada y concordancias de esta y del catecismo, publicado para los maestros de las escuelas católicas por el Canónigo Doctor D. F J. Knecht, traducido de la décima edición alemana por el P. Jerónimo Rojas, de la Compañía de Jesús.*

Esta obra ha merecido de nuestro Excmo. Prelado el siguiente juicio.

Como quiera que la obra *Comentario práctico de Historia Sagrada*, compuesta por el Dr. «Knecht» y traducida por el P. Jerónimo Rojas, de la Compañía de Jesús, esté conforme con la doctrina y espíritu de nuestra Santa Madre la Iglesia Católica y sea muy apropiada para hacer bien en las almas, sobre todo de los niños, á quienes singularmente se encamina, con nuestra autoridad la aprobamos y bendecimos su publicación.

Mas en nuestro ministerio pastoral *charitas Christi urget nos*; así que considerando los peligros á que los niños están expuestos con tanta clase de ideas como impunemente se difunden y vienen á contagiar esas almas inocentes redimidas por Jesucristo y hermoseadas con la gracia del Espíritu Santo, recomendamos muy eficazmente á los Maestros de Escuela se empapen bien en una obra que para uso de ellos ha sido escrita, y la doctrina en ella contenida la graben profundamente en el alma de los niños que les están confiados.

Acudiendo á las concordancias que van al fin de la obra, mucho bueno encontrarán en ellas los Sacerdotes para sus pláticas doctrinales, explicaciones del santo Evangelio, y en una palabra, para cuanto consigo lleva la obligación de anunciar la palabra divina, infundir amor á las virtudes y odio á los vicios.

Con la publicación del *Comentario práctico de Historia Sagrada*, el Sr Herder añade un mérito más á los muchos que tiene contraídos difundiendo tanta variedad de libros en pro de la causa católica, que es la causa de Dios, de Jesucristo y de su Iglesia.

León (España), 21 de Mayo de 1893.

† FRANCISCO, OBISPO DE LEÓN.